MASTRII
IN
TERT.
SENTENT.

BX1750
.M38
1719
v.3
c.1

1080047241

R. P. F. BARTHOLOMÆI

MASTRII DE MELDULA

Ordinis Minorum Conventualium S. Franciſci Theologi

DISPUTATIONES THEOLOGICÆ

In Tertium Librum SENTENTIARUM,

Quibus ab adverſantibus, tùm Veterum, Recentiorum jaculis.

SCOTI THEOLOGIA VINDICATUR.

EDITIO NOVISSIMA AMENDIS EXPURGATA,
Et Indicibus Neceſſariis locupletata.

VENETIIS, MDCCXIX.
Apud Michaelem Hertz.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

50575

BX1750
.M38
1719

AD LECTOREM.

ECCE Tibi Volumen, Amice Lector, materias omnes complectens, quas Scholaſtici in 3. Sent. Libro pertractare ſolent, in quo puram, & veram Doctoris noſtris ſubtilis ſententiam reperies, nec ullo modo fucatam. Non defuere ex noſtris (quoniam omnia nova placent) qui mihi ſuadere non ſemel conati ſunt, ut ad oſtentandum ingenii acumen in præcipuis difficultatibus aliquam novam ſententiam proprio Marte excogitatam, & peregrinas meditationes interdum proponerem; Ab hoc tamen abſtinere conſultius viſum eſt, tùm quia terminos antiquos, quos poſuerunt Patres noſtri, tranſgredi non licet; tùm quia acutiores ſpeculationes quam Doctoris noſtri, difficilimè occurrunt; tùm tandem, quia vetus adagium eſt, qui tritam, & veterem, ut novam ineat, deſerit viam, ſe ſe deceptum ſæpiſſimè experitur. Si qua tibi longior videbitur quæſtio, æquo id feras animo, nam, & magna modernorum Scriptorum copia, eorumque crebra adverſus principia & placita Doctoris impugnatio ad id me coegit; ordine tamen, & docendi facilitate prolixitas compenſabitur.

Quoniam verò, ut aiebat Apoſtolus, debitor ſum ſapientibus; & inſipientibus; cùm ex his nonnulli inutilem non ſemel eiuſdem doctrinæ repetitionem, præſertim verò in argumentorum ſolutione, mihi impingant, ipſos advertere debeo, aliud eſſe eandem doctrinam crebrò inutiliter repetere: aliud verò ex fundamentis noſtræ ſententiæ iam in quæſtionis corpore præiactis Adverſariorum obiecta diſſolvere; quarè cum in argumentorum ſolutione dico v. gr. Ad hoc argumentum occurrendum eſt ex ſuperiùs dictis in noſtræ ſententiæ probatione &c. hoc non eſt inutiliter eandem replicare doctrinam quin potius eam utiliter applicare ad præcludendos Adverſariorum occurſus, qua methodo in ſuis placitis propugnandis paſſim Scholaſtici utuntur.

Demum, quia ut corpus ſub lumine ſine umbra non ambulat, ità nec virtus ſine invidiæ livore, nec David ſine maledicente Semejo; jamdudùm

tibi innotuit, humaniſſime Lector., quod ferè ab initio ſuſcepti laboris canes multi circumdederunt me, quibus ſilentium imponere, & linguam compeſcere apologgia ad hoc compacta coactus fui; Hoc nihilominus non obſtante rabidos adhuc catellos quoſdam eorumdem alumnos obſterpere audio, quos ſurda aure præterire promitto, quoniam modicus ſonus (ut ait Philoſophus) poſt magnos ſonos non percipitur, nec Aquila quam mea oſtentant gentilitias, muſchias capit. Velint, nolint, hoc & ipſi fateri coguntur, nullum hactenus ex noſtræ Scholæ Auctoribus (quod ad maiorem Dei gloriam dictum ſit, integrum, & completum, ac omnibus numeris abſolutum Logicæ, Philoſophiæ, Metaphiciſæ, ac Theologiæ curſum edidiſſe, qualis eſt à me confectus Quartus enim Sent. Liber materiam Sacramentorum complectens iam iam eſt in promptu, & anno proximo ſequenti in lucem (Deo favente) prodibit, & forte etiam poſtea Curſus Theologiæ Moralis; Si vita, & ſanitas ſupererint; pro quibus ut D.O.M. enixè depreceris, exoro.

INDEX
DISPUTATIONUM, QUÆSTIONUM, ET ARTICULORUM.

Quæ in hoc Tertio Sent. Libro continentur.

DISPUTATIO PRIMA.

De Dominica Incarnatione.

QUÆSTIO PRIMA.

An diuini verbi Incarnatio fuerit poſſibilis.

Art.1. *Oſtenditur poſſibilitas ex parte Verbi aſſumentis.*
Art.2. *Oſtenditur poſſibilitas ex parte naturæ aſſumptæ.*
Art.3. *Oſtenditur poſſibilitas ex parte unionis hipoſtaticæ.*

Quæſtio Secunda.

De Natura unionis hypoſtaticæ.

Art.1. *Ubi quædam de hac Unione difficultates expenduntur.*
Art.2. *Aliæ difficultates expeditæ.*

Quæſtio Tertia. De Subſiſtentia.

An Subſiſtentia naturæ ſuperaddita quid poſitiuum importet, vel negativum, & quid ſit illud.

Art.1. *Opinio de negatiuo rurſus ſtabilitur.*
Art.2. *Soluuntur obiectiones, & Replicæ Gauatii pro opinione de poſitiuo.*
Art.3. *Expenduntur quæ ex Conciliis, & Patribus adducunt pro ſententia de poſitiuo Arriaga, Amicus, & alii.*
Art.4. *Reſolvitur Dubium, an ſuppoſitum creatum alienum poſſit ſuſtentare naturam.*
Art.5. *Reſolvitur Dubium, an ſi eadem divina perſona plures aſſumeret humanitatem, diceretur unus, vel plures homines.*

Quæſtio Quarta.

An de facto Verbum immediatè aſſumpſerit partes naturæ humanæ eſſentiales.

Art.1. *Quid dicendum de partibus.*
Art.2. *Dubium incidens, an actio unitiua humanitatis ſit ejuſdem productiua, ubi de eius termino.*

Quæſtio Quinta.

An Verbum immediatè aſſumpſerit omnes partes integrales humani corporis, etiam ſanguinem & alios humores.

Art.1. *Reſolutio Quæſtionis.*
Art.2. *Soluuntur Obiectionis.*

Quæſtio Sexta.

An Natura humana in Chriſto propriam habeat exiſtentiam, vel potius exiſtat exiſtentia Verbi.

Art.1. *Quæſtionis Reſolutio.*
Art. 2. *Oppoſitæ ſententiæ fundamenta proſternuntur.*

Quæſtio Septima.

An quælibet natura potuerit à Verbo immediatè aſſumi.

Art.1. *Quid dicendum de natura irrationali, vel inſenſibili.*
Art.2. *Quid dicendum de forma accidentali.*

Quæſtio Octaua.

An plures perſonæ ſimul aſſumere poſſint eandem numero naturam, & una perſona plures naturas.

Art.1. *Poteſt una perſona plures aſſumere naturas, non tamen plures perſonæ eandem naturam.*
Art.2. *Aliæ Rationes Doctoris promouentur ad idem.*
Art.3. *Oppoſitæ ſententiæ fundamenta diluuntur.*

Quæſtio Nona.

An natura Diuina potuerit immediatè humanitatem aſſumere.

Art.1. *Quo ſenſu concedenda ſit in diuinis ſubſiſtentia abſoluta divinæ eſſentiæ præter tres perſonales relatiuas.*
Art.2. *Quo ſenſu concedendum ſit diuinam naturam potuiſſe immediatè humanitatem aſſumere.*

DISPVTATIO SECVNDA.

De Gratia, & Sanctitate Chriſti; & aliis ejus perfectionibus.

QUÆSTIO PRIMA.

An gratia habituatis fuerit neceſſaria in Chriſto ad effectum ſanctificationis.

Art.1. *Quæſtionis Reſolutio.*
Art.2. *Soluuntur Obiectiones.*
Art.3. *Reſoluitur Dubium, an Chriſto fuerit neceſſaria gratia actualis ad eliciendos actus ſupernaturales.*

INDEX DISPUTATIONUM.

Quæſtio Secunda.

An cauſa impeccabilitatis Chriſti ſit gratia, an gloria, vel potius unio hypoſtatica.

Art.1. *Quæſtionis Reſolutio.*
Art.2. *Rationes Thomiſtarum ſoluuntur, & retorquentur,*
Art.3. *Aliæ rationes examinantur,*

Quæſtio Tertia.

An gratia habitualis Chriſto collata fuerit ſumma poſſibilis conferri creaturæ, & quomodo.

Art.1. *Reſolutio Quæſtionis.*
Art.2. *Occurritur rationibus in oppoſitum.*

Quæſtio Quarta.

An Chriſtus, ut homo, ſeù ſecundum humanitatem ſit filius Dei adoptivus.

Art.1. *Deciſio Quæſtionis negativa.*
Art.2. *Obiectiones diluuntur.*

Quæſtio Quinta.

An Chriſtus, ut homo, ſeù ſecundum humanitatem ſit Filius Dei naturalis.

Art.1. *Reſolutio Quæſtionis.*
Art.2. *Obiectiones ſolutæ.*

Quæſtio Sexta.

An Chriſtus ſit Filius B. Virginis filiatione reali in ipſo exiſtente.

Art.1. *Affirmativa ſententia ſtatuitur.*
Art.2. *Adverſis ſatisfit argumentis.*

Quæſtio Septima.

An Chriſtus, ut homo, ſit propriè ſeruus Dei.

Art.1. *Quæſtionis Reſolutio.*
Art.2. *Obiectiones ſolutæ.*

Quæſtio Octava.

An potentia faciendi miracula in Chriſto fuerit phyſica, vel potius moralis.

Art.1. *Potentia faciendi miracula in Chriſto fuit moralis, non phyſica.*
Art.2. *Fundamenta adverſæ ſententiæ conuulſa.*

Quæſtio Nona.

Quæ adoratio debeatur Chriſto ſecundum quod homo.

Art.1. *Reſolutio quæſtionis quod primam partem.*
Art.2. *Reſolutio quæſtionis quoad ſecundam partem.*

Quæſtio Decima.

Quæ adoratio debeatur Imagini Chriſti Domini.

Art.1. *Quæſtionis Reſolutio.*
Art.2. *Soluuntur Obiectiones contrà ſtatutas aſſertiones.*

Quæſtio Vndecima.

De communicatione Idiomatum inter Deum, & Hominem, quid ſit, & quomodo fiat.

Art.1. *Examinantur propoſitiones de Chriſto formatæ ſub nominibus naturarum divinæ, & humanæ.*
Art.2. *Poſtrema, ac præcipua Dubitatio.*
Art.3. *Examinantur propoſitiones de Chriſto formatæ ſub nomine proprio.*
Art.4. *Reſolutio tertiæ difficultatis, & aliarum.*

Quæſtio Duodecima.

An Chriſtus verè, & propriè pro nobis nunc oret in Cœlo.

Art.1. *Sententia ſtabilitur affirmativa.*
Art.2. *Obiectionum ſolutio.*

DISPUTATIO TERTIA.

De merito Chriſti Domini, & aliorum per ipſum.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid ſit Meritum, & quotuplex.

Art.1. *Aſſignatur ratio Meriti, & præcipua eius diviſio.*
Art.2. *Difficultates nonnullæ reſoluuntur.*
Art.3. *Difficultates aliæ expenduntur.*

Quæſtio Secunda.

An ratio meriti conveniat actui tantum, itaut in pura ommiſſione reperiri nequeat.

Art.1. *Reſolvitur Quæſtio.*
Art.2. *Soluuntur Obiectiones.*

Quæſtio Tertia.

Quæ, & quot ſint conditiones meriti de condigno.

Art.1. *Recenſentur conditiones ex parte operis requiſitæ.*
Art.2. *Recenſentur conditiones ex parte operantis.*

Quæſtio Quarta.

An ad meritum de condigno requiratur promiſſio, vel pactum Dei legale de premio conferendo.

Art.1. *Oſtenditur hanc quæſtionem eſſe de nomine.*
Art.2. *Aſſerta ex præcedenti doctrina deducta.*
Art.3. *Soluuntur Obiectiones primæ ſententiæ.*
Art.4. *Argumentis occurritur ſecundæ ſententiæ.*

Quæſtio Quinta.

An Deus præmium reddat ex iuſtitia, & quomodo.

Art.1. *Senſus Quæſtionis aperitur.*
Art.2. *Deciditur Quæſtio.*
Art.3. *Statuitur altera Concluſio.*
Art.4. *Fundamenta convelluntur primæ ſententiæ extremæ.*
Art.5. *Diluuntur Obiectiones ſecundæ ſententiæ extremæ.*
Art.6. *Quid ſit dicendum de Iuſtitia diſtributiua.*

Quæſtio Sexta.

An opera Iuſtorum ſint magis meritoria ex eo, quod procedant ex gratia data propter merita Chriſti, quàm eſſent aliàs, ſi talis gratia non eſſet per Chriſtum.

Art.1. *Sententia negatiua præfertur.*
Art.2. *Soluuntur Obiectiones.*

Quæſtio Septima.

An maior dignitas perſonę ex maiori gratia habituali cæteris paribus augeat meritum operis.

Art.1. *Præfertur opinio affirmatur.*
Art.2. *Argumenta diluuntur negantis ſententiæ.*

Quæſtio Octaua.

An infinita dignitas perſonæ Chriſti meritum eius reddiderit ſimpliciter infinitum.

Art.1. *Reſoluitur Quæſtio, & mens Scoti declaratur de infinitate meriti Chriſti.*
Art.2. *Concluſio reſponſiua ſtatuitur.*
Art.3. *Alia ratio ex repugnantia infiniti.*
Art.4. *Fundamenta proſternuntur aduerſæ ſententiæ.*
Art.5. *Aliæ rationes excluduntur.*

Quæſtio Nona.

Quomodo Chriſtus habuerit libertatem ad meritum ſufficientem, ſalua eius impeccabilitate.

Art.1. *Varii modi explicandi libertatem Chriſti circà ſuos actus ad meritum ſufficientem ſalua eius impeccabilitate.*
Art.2. *Quomodo Recentiores frequentius rem explicent.*
Art.3. *Quomodo Scotiſtæ de mente Scoti hanc difficultatem reſoluant.*
Art.4. *Nonnullæ obiectiones ſolutæ.*

Quæſtio Decima.

Quibus actibus Chriſtus meruerit.

Art.1. *Chriſtum meruiſſe, & præſertim per actum amoris erga Deum.*
Art.2. *Alia placita examinantur, & quæſtio de mente Scoti reſoluitur.*

Quæſtio Undecima.

An ſibi Chriſtus de facto meruerit gloriam corporis, & animæ.

Art.1. *Quid dicendum de gloria animæ.*
Art.2. *Soluuntur Obiectiones.*

Quæſtio Duodecima.

An Chriſtus ſibi de facto meruerit, vel ſaltem mereri potuerit vnionem hypoſtaticam.

Art.1. *Deciditur Quæſtio quoad opera unionem præcedentia.*
Art.2. *Quid, dicendum de operibus unionem ſubſecutis.*
Art.3. *Obiectiones ſolutæ contrà præcedentem doctrinam.*

Quæſtio Decimatertia.

Quid Chriſtus meruerit nobis.

Art.1. *An Chriſtus nobis meruerit æternam prædeſtinationem, & electionem ad gloriam.*
Art.2. *An Angelis quoque Chriſtus primam gratiam ſanctificantem meruerit, ac primis parentibus antè lapſū.*

DISPUTATIO QUARTA.

De Satisfactione Chriſti Domini.

QUÆSTIO PRIMA.

An primaria, & adæquata cauſa Incarnationis fuerit remedium, vel ſatisfactio pro peccato, itaut ſi Adam non peccaſſet, Verbum non fuiſſet Incarnatum.

Art.1. *Decretum Incarnationis præceſſiſſe viſionem peccati.*
Art.2. *Chriſtus non fuit primo prædeſtinatus, ut Redemptor.*
Art.3. *Ex vi primæ electionis, ac prædeſtinationis Chriſti, adhuc in mundum veniſſet, nullo exiſtente peccato.*
Art.4. *Fundamenta convelluntur adverſæ ſententiæ ex teſtimoniis Scripturæ, & Patrum.*
Art.5. *Fundamenta diruuntur ex ratione deducta.*

Quæſtio Secunda.

An peccando committamus iniuſtitiam in Deum, itaut ex iuſtitia teneamur ad ſatisfactionem.

Art.1. *Sententia affirmativa præfertur.*
Art.2. *Soluuntur Obiectiones.*

Quæſtio Tertia.

An Chriſtus ſatisfecerit ex condigno valoris, ac dignitatis ſuorum operum, vel acceptationis divinæ.

Art.1. *Reſolutio Quæſtionis.*
Art.2. *Obiectionum ſolutio.*

Quæſtio Quarta.

An Chriſtus ſicut condignè, & abundè pro nobis ſatisfecit, ſic etiam ex iuſtitia ſatisfecerit, ex toto rigore juſtitiæ.

Art.1. *Controverſiæ Deciſio.*
Art.2. *Statuitur altera concluſio, & expenduntur conditiones rigoroſæ ſatisfactionis.*
Art. 3. *Examinantur aliæ duæ conditiones rigoroſæ ſatisfactionis.*
Art.4. *Thomiſtarum fundamenta convelluntur.*

Quæſtio Quinta.

An pura Creatura potuerit Deo ſatisfacere de condigno, & ad æqualitatem.

Art.1. *Quæſtio affirmatiuè deciditur.*
Art.2. *Fundamenta negantis ſententiæ proſternuntur.*
Art.3. *Aliæ rationes Recentiorum examinantur, & diluuntur.*

DISPUTATIO QUINTA.

De Intellectu, & Voluntate Chriſti.

QUÆSTIO PRIMA.

An Chriſtus per ſcientiam beatam cognoverit in Verbo, ſeù in eſſentia diuina omnia poſſibilia, & futura.

Art.1. *Statuitur ſententia affirmativa.*
Art.2. *Alius dicendi modus ex Scoto inſtruitur.*

Quæſtio Secunda.

Quid nouerit Chriſtus Dominus per ſcientiam infuſam.

Art.1. *Reſoluitur Controuerſia ex alibi dictis de ſpeciebus infuſis.*
Art.2. *Qualis ſit hæc ſcientia Chriſti infuſa quoad actus, & habitus.*

Quæſtio Tertia.

Quæ fuerit ſcientia acquiſita in Chriſto, & quæ per eam noverit.

Art.1. *Reſolutio Quæſtionis de obiectis huius ſcientiæ.*
Art.2. *Soluuntur Obiectiones.*

Quæſtio Quarta.

An Voluntas humana Chriſti fuerit in omnibus actibus libera.

Art.1. *Quæſtionis Reſolutio.*
Art.2. *Soluuntur Obiectiones.*